Fragmentarium



Missa de resurrectione di-
bus dominicis a pascha usque
ad adventum.

Resurrexi
et adhuc te-
cum sum
alla. posu-
isti super
me ma-
num tuam alla. mirabilis fac-
ta est sciencia tua. alla. alla. Ps.
Domine probasti me et cogno-
visti me. tu cognovisti sessio-
nem meam et resurrectionem meam.
Deus qui ho. Oratio.
Deus qui per unigenitum tuum
eternitatis nobis aditum
devicta morte reserasti: vo-
ta nostra que preveniendo
aspiras. etiam adiuvan-
do prosequere. Per. Ad co.
Fratres: Expurgate vetus fermen-
tum ut sitis nova conspersio si-
cut estis azimi. Etenim pas-
cha nostrum immolatus
est xpc. Itaque epulemur.

Non in fermento veteri neque
in fermento malicie et ne-
quicie. Sed in azimis sinceri-
tatis: et veritatis. R. Hec
dies quam fecit dominus exul-
temus et letemur in ea. V. Con-
fitemini domino quoniam bonus
quoniam in seculum misericor-
dia eius. Alla. V. Angelus do-
mini descendit de celo et accedens
revolvit lapidem et sedebat sup-
er eum. Secundum marcum.
In illo tempore. Maria mag-
dalene et maria iacobi et
salome emerunt aromata:
ut venientes ungerent ihe-
sum. Et valde mane una
sabbatorum veniunt ad
monumentum: orto iam
sole. Et dicebant ad invi-
cem. Quis revolvet nobis
lapidem ab hostio monu-
menti: Et respicientes: vi-
derunt revolutum lapidem.
Erat quippe magnus val-
de. et introeuntes in monu-
mentum: viderunt iuve-

BIBLIOTHEQUE IMPERIALE MAN.

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 9488, 32r – Missale
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-zdxt/2954/33285)